



Disputatio medica inauguralis de pleuritide

<https://hdl.handle.net/1874/341627>

Petr. Petry Jr.
79.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
PLEURITIDE.
QUAM
FAVENTE TRI-UNO NUMINE.
Ex Authoritate Magnifici D. Rectoris

D. PAULI VOET,
Lib. Art. Mag. & U. J. D. Philosophiae
Professoris Ordinarii.
NEC NON
Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & celeberrima
Facultatis Medica Decreto,
Pro summo gradu & Privilegiis in Medicinâ consequendis,
Publicè sine preside defendet
WILHELMUS METZGHER, Zutph. Sicamber.
Ad diem 29. November horis locoque solitis.



TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS Gisberti à zyll, & Theodori ab Ackersdijck,
clo. Ic. c. LII.

*Magnifico, Amplissimo, antiquâ gene-
ris prosapiâ, & nobilitatis Splen-
dore conspicuo*

D. EVERHARDO ab HEEC-
KEREN, Domino in NET-
TELHORST & ENGHUYSEN,
Inclyti Comitatus Zutphani-
ensis Satrapæ vigilantissimo.

Domino meo in æternum mihi
Suspicio.

Hacce theses Inaugurales

Submisse offero

WILHELMUS METZGHER.

Auth. & Resp.

D I S P U T A T I O M E D I C A
I N A U G U R A L I S ,
D E
P L E U R I T I D E .
T H E S I S I .



Nter gravissimos maximeque periculosos morbos ab omnibus Medicis numerari merito solet Pleuritis.

I I .

Est autem Pleuritis inflammatio membranæ quæ costis subtenditur, Pleura dictæ , cum respiratione difficiili , punctorio lateris dolore , & febri continua.

I I I .

Pars affecta est membrana Pleura, quæ cum sit acutissimi sensus , hinc ab inflammatione tam acutum dolorem patitur , ut in respiratione sine gravissimo cruciatu dimoveri omnino non possit; Unde individui hujus inflammationis comites sunt, dolor acutus & difficilis respiratio, quibus se adjungit febris continua , ab humoribus in Pleura inflammati & putrescentibus, ac pervenas cordi continuo communicatis, orta.

I V ,

Semper tamen Pleura sola , cum musculis intercostalibus aliisve proxime incumbentibus , non inflammatur, sed plerumque una cum Pleura inflammatur pulmo , idque maxime in iis quibus pulmo Pleuræ annexatur.

V.

Signa pathognomonica Pleuritidi perpetuo coniuncta, sunt respiratio difficultis, continua febris, & lateris dolor punctorius: Quibus postea accedunt molesta tussis, & sanguinis spumosi expulsio.

VI.

Causa procataretica, est subita refrigeratio post nimiam corporis excalefactionem per exercitia, graves labores, astum Solis. &c. Sive illa refrigeratio fiat à subita corporis in aëre frigido denudatione, sive potus frigidi ingurgitatione, sive alio modo.

VII.

Antecedens causa est sanguinis calidi in corpore abundantia, qui in membranosa Pleuræ membranam effusus, continentem causam constituit.

VIII.

Nam sanguis ille in Pleuram musculosque intercostales illapsus, ibique tensionem cum tumore faciens, impedit, quo minus partes illæ tumidæ in respiratione comode contrahi ac dilatari possint, & quia illud cum violentia fit, hinc acutus oritur dolor cum difficulti respiratione.

IX.

Idem ille sanguis in dictas partes effusus etiam febris continuæ causa est. Nam illic putrescens continuo aliquam sui partem per venas ad cor transmittit, quæ ibi accensa, indeque toti corpori communicata, febrem continuam inducit.

X.

Quia vero pars istius fervidi sanguinis ad pulmonum bron-

bronchia fertur, eaque calore & acrimonia vellicat, hinc oritur molesta tussis, cum qua etiam sanguis ruber, subflavus & spumosus ex pectoratur, si sanguis ille copiosior in pulmonem illapsus ejusdem quoque inflammationem fecerit.

X I.

Periculosisimus est hic morbus ob febrem continuam, respirationis (qua homo carere non potest) maximam difficultatem, dolorem acutum vires destruentem, & Empyematis metum.

X II.

Curatio citissima fieri debet, eaque consistet in causæ autecedentis & continentis ablatione ac intemperiei per contraria correctione.

X III.

In ipso igitur principio statim sanguis copiosior de trahendus est è brachio lateris affecti, habita tamen virium ratione.

X IV.

Deinde alvus tali clystere subducenda est.

R. Hordei mundati. 3j.

Herbar. Lactuc. malve. violarie

Althæe, mercurial. ana. m.j.

Flor. Malvæ roseæ. m. β.

Decoquantur in aquæ commun. q. f. ad 16j.

in qua dissolute Eleætar. diacatholic.

Diaprun. Solutiv. ana. 3j.

ol. violar. 3j. Salis. 3j.

m. f. Clyster, qui durante morbi decursu repeti potest.

X V.

Si dolor perseveret, poterit venę sectio eodem die, atque etiam aliis diebus reiterari.

X VI.

Si os amarum sit, & biliosa materia in primis viis redundet, tali haustu illa clementer expurgetur.

R. Rabarb. opt. 3ij. decocti hordei q.s.

fiat infusio. s. a. adde colatura

Syrup. Rosar. solutiv. 3j. m. f. Potio.

A catarcticis fortioribus hic omnino abstinendum.

X VII.

Pro potu ordinario utatur æger ptisana, vel hoc julebo.

R. Decocti hordei. 1ibj.

Syrup. florum papaver. erratic. 3β.

violacei. 3j. Iujubini. 3β.

m. f. Iulep.

X VIII.

Sumat etiam ter quaterve de die haustum hujus apozematis.

R. Hordei mundati. 3j.

Rad. gramin. Asparag. ana. 3j.

Liquiritia rafe. 3β.

Herbar. violaria. scabiosæ, boragin.

Lactuc. Capillor. vener. ana. mj.

Flor. paparer, erratic. m. β.

Semin. 4. frigidor, major. ana. 3y.

passular. mundatar. 2jβ.

Coquantur in s. q. aquæ commun. ad 1ibj.

Colatura adde syrup. violar.

papaver. erratic ana. 3jβ.

m. f. Apozoma.

Ad

XIX.

Ad molestam tussim utatur s^apius tali linctu.

R^c. Syrup. papaver. rhead. 3j.

violacei. jujubini. Capillor. vener. ana. 3 β.

m. f. Linctus.

Vel utatur particula hujus conditi subinde.

R^c. Conserv. Capill. venet violac.

Rosarum pallidar. ana. 3v.

Syrup. papaver, rhead. q. s. m. f. conditum.

X X.

Pro nutrimento utatur subinde hoc Amygdalato.

R^c. Amygal. dulc. depilat 3jβ.

Sem. 4. frigidi major. papaver alb. ana. 3ij.

Decoct. hordei. q. s. m. f. Emulsio ad ibj.

Cui admisce sachar. q. s. ad gratam dulcedinem.

X XI.

Extrinsicus ad doloris sedationem & celeriorem materiae morbificæ coctionem cum spongiis foveatur latus affectum tali fomento.

R^c. Herbar. Althæa, malva.

violarie, betæ, Brassica,

Flor. Sambuci. Chamomill. ana. m. j.

Aqua. q. s. Coquantur ad ibij. pro fotu.

Cujus etiam loco vesica oleo violarum, Liliorum, anethino, aliisve repleri, & affectu lateri calide admoveri potest.

X XII.

Post fotum illinatur pars affecta tali linimento.

R^c. Ol. violacei. Amigdal. dulc.

Butiri recent. Vnguent populei, ana. 3 β.

m. f. Linimentum.

Facta

XIII.

Facta inunctione imponatur hoc cataplasma.

R. Folior. malvae, Althaeæ violariae,

Flor. Chamomill. m. j.

pulverisatis, adde farin. semin. lini.

Hordei ana. 3j. aquæ. q. s.

Coquantur. s. a. addendo. ol. Amygdalar. dulc.

Butiri recentis. an. 3j.

m. f. s. a. cataplasma.

XIV.

In diæta sit aër temperatus, ad frigidum aliquantum inclinans, cibus in principio sit tenuis, ex cremore pifianæ, jusculus gallinarum, amygdalato, &c. de potu dictum thesi decima septima. Corpus in quiete detineatur, excreta naturalia bene procedant, & fugiantur animi emotiones graviores.

F I N I S.